

(p. 307); alterum enim ibi repertorum (n. 271) ex CAMDENO tantum (per Seldenum et Galeum) novit; alter (n. 272) nuper accessit per WHITAKERUM.

A Cataractonio recto tramite versus septentriones ultra *Tees* fluvium

via Romana Vinoviam ducebat per pontem hodie *Piersbridge* dictum; ibi prope mansio vel castrum erat, cuius titulos infra dabimus cum reliquis Dunelmensibus (cap. XXXIV).

269 Ad confluentes Uri et *Baint*, ad tuguriola *Baintbrig* dicta, in colle *Burgh*, inter alia multa Romanae vetustatis argumenta nuper vidimus hoc fragmentum antiquae inscriptionis pulcherrimo caractere, cum Victoria alata CAMD. Frustra quaesivit HORSL.

IMP · CAES · L · SEPTIMIO . . .
 PIO · PERTINACI · AVGV
 Victoria IMP · CAESARI · M · AVRELIO · A . . .
 alata PIO · FELICI · AVGVSTO
 5 !!!!!!!!!!!!!!!!!!!!!!!!!!!!!
 BRACCHIO · CAEMENTICIVM
 VI · NERVIVM SVB CVRA LA . . .
 SENECON AMPLISSIMI
 OPERI L · VISPIVS PRAE
 10 LEGIO

Camden ed. V (a. 1600) p. 653 (inde reliqui omnes Grut. 266, 4 'ex Camdeni autographo'; Donat. p. 306, 5 'ex schedis P. Gnocchi'; Horsley p. 313; Goughs Camden 3 p. 331; Newton p. 116, 98; ex hoc Henzen 5254, qui supplementa pleraque praeivit).

Supplementa quae proposui ex parte incerta esse (v. 5. 9. 10) apparet. Post v. 5 Henzenus etiam Iuliae Domnae nomina supplevit, quae spatium excedunt. Bracchium (v. 6) non esse loci nomen, quod in *Burgh* novicio superesse sibi persuaserat Camdenus, iam Gale perspexit (in adnot. ms. ad Camdenum, quam Gough refert); pro vallo, quod supplevi exempli causa, fortasse castellum vel aliud aedificium caementicium cum bracchio coniunctum erat. Cohors VI Nerviorum praeterea in Caledonia ad vallum Antonini (*Rough Castle*) memoratur. L. Alfenium Senecionem praesertim ex titulo Habitancensi constat legatum provinciae fuisse circiter inter annos 205 et 208 (cf. n. 513). Consularis amplissimi titulum supplevi ad exemplum Q. Anicii Fausti legati Numidiae, qui ita nominatur in titulo Lambaesitano apud Renierium n. 63; poteris etiam cum Henzeno scribere *amplissimi* [viri]. V. 9 in *Prae* . . . latere cognomen eius qui operi institit Henzenus proposuit, propterea quod non facile sit omnino eo carendum; sed ipsum illud L. *Vispius* corruptum est (*Vispius* enim quantum scio aliunde non reperitur, neque facile mutabitur in *Cispius* vel *Caspius*). Latent fortasse *Iulius Pius* vel similia (cf. n. 270 v. 2). Unde supplementa, quae in fine proposui, puto defendi posse.

Imp(eratore) Caes(are) L. Septimio [Severo] Pio Pertinac[e] Augu[sto] et imp(eratore) Caesar[e] M. Aurelio A[ntonino] Pio Felice Augusto [et] [P. Septimio] Geta nob(ilissimo) Caes(are) vallum cum] bracchio caementicium [coh(ors)] VI Nerviorum sub cura L. A[lfeni] Senecion[is] co(n)s(ularis)] amplissimi [fecit; institit] operi L. Vispius prae[positus vexillationi] legio[nis] VI victricis p(iae) f(idelis) . . .*

270 Eruta in colle *Burgh* prope *Bainbrig*, in basi statuae Commodi Herculeo habitu; extat hodie in Nappa villa praecipua familiae Medcalforum CAMD. Frustra quaesivit HORSL.

. CAESARI AVGVSTO
 MARCI · AVRELI · FILIO

 SENISIOVIS · AMPLISSIMI
 5 VENTIS PIVS

Camden ed. I (1586) p. 423 (inde Scaliger cod. Lugd. C 1 et in sylloge maiore p. 51; Horsley p. 313; Goughs Camden 3 p. 331).

Quod olim conieci (*rhein. Mus.* 11, 1857 p. 39) titulum nihil esse nisi exemplum peius praecedentis, id nunc editionibus Camdeni duobus inter se comparatis non probabile esse perspicio. Tamen versu 4 certum est redire, ut in illo, nomen Alfenii Senecionis, quod non quadrat in Commodi tempora, sed in Severi et filiorum. Unde patet v. 2 corruptum esse neque statuam, si qua fuit omnino, Commodi fuisse.

271 Apud *Thornburgh* super *Swale* in com. Ebor. 17 Iulii 1620 reperta CAMD. SELD. Ubi servetur nescio (nec magis sciebat GOUGH); certe Oxonii non est, nec dicit Seldenus ibi fuisse.

DEO · QVI · VIAS
 F · SEMITAS COM
 MENTVS EST T · IR
 DAS · S · C · F · V · L · L · M
 5 Q · VARIVS · VITA
 ES · E · E · S · ARAM
 SACRAM RESTI
 TVIT
 APRONIANO E BRA
 10 DVA COS p. C. 191

Camden in exemplo suo Britanniae, quod servatur in bibliotheca Bodleiana, p. 595 (inde Selden marm. Oxon. p. 57, 6 'ex schedula inserta a Camdeno in Britanniam suam p. 595'; ex hoc reliqui Spon misc. p. 114, *recherches* p. 101; Reines. 1, 141; Gudius ms. 456, 2; Th. Gale itin. Ant. p. 14; Prideaux marm. Oxon. p. 309, 4; Maittaire p. 62, 188; Horsley p. 307; Goughs Camden 3 p. 335; Orell. 2073; Newton p. 107, 15; Wright *the Celt* p. 274).

Supplementa v. 6 praeiverunt docti Britanni; quae ad v. 4 litteras singulares s-c-f. solvendas proposita sunt inepta multa, non refero. Cf. supra n. 229.

Deo qui vias et semitas commentus est T(erentius) Irdas? s(ingularis) c(onsularis) f(ecit) v(otum) l(aetus) l(ibens) m(erito). — Q. Varius Vitalis [b(ene) f(iciarius)] co(n)s(ularis) aram sacram restituit Aproniano et Bradua co(n)s(ulibus)

Vocabula priora senarium efficere, fortasse casu tantum, observavit Buecheler anthol. epigr. Lat. spec. I (Gryphiswaldiae 1870 4.) p. 7 ad n. X.

272 *Thornborough, Yorkshire, Northriding, very lately found; ara litteris rudibus.*

DEAE
 SYRIA
 EARA
 SAIO
 5 BF

Whitaker *Richmondshire* 2 p. 23 ligno incisam.
Deae Syriae ara(m) Saio? b(ene) f(iciarius)